

SACROSANCTA TRI- dentina Synodus.

§. 5.

Omnia & singula, quæ de peccato originali, (a) & de justificatione, (b) in sacrosancta Tridentinâ Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio. (c)

(a) Cùm formalia Originalis peccati & Justificationis hic non specificentur, ideo neque hic ponuntur Imperiales Constitutiones, quæ desuper extant ad longum. Vid. R. A. in Augspurg 1548. In Erleuterung wegen der Religion.

(b) Reichs Abschied zu Augspurg 1548. in bemeldter Erleuterung art. von der Rechtfertigung §. Wer nun durch. & art. von der weis / durch welche der Mensch die Rechtfertigung bekomt. §. Wiewol Gott den Menschen. Und §. Und wer sich.

(c) Comitia interim Augustæ Germanis indixit, quæ quidem adhuc celebrantur; in his liberè spontaneo generali totius Germanicæ nationis Ordinum & Statuum cōsensu, petente Imperatore decretum est, *Germanos omnes ad Concilium Tridentinum Tridenti convocatum venturos*, ut ea super quibus indictum fuit, tractentur, & Sacrosancta Concilij auctoritate decendantur. Ipsam Sacrosanctam Tridentinam Synodum suscepturos idq; prorsus, & absq̃ue ullâ conditione se præstituros Imperatori polliciti sunt. §. 8. (& postea) præterea totam Germaniam, ad quam hæc potissimum causa spectat, Concilium postulare Tridenti, polliceri se Concilio Tridenti affuturam, sanctam Tridentinam Synodum suscepturam. §. 22. (& infra) postulantibus principibus & statibus Germaniæ; ijsq̃ue denique pollicentibus se libere & absq̃ue ulla conditione aut prætextu Synodum Sanctam Tridenti-

dentiam suscepturos, cur non revertuntur & intermissum continuant opus, ut caperant, aut continuare oportebat? §. 24. Carol. V. protest. contra Paulum tertium Anno 1549. Goldast. Tom. 1. Const. Imper. Vid. Reichs Abschied zu Nürnberg 1524, 1542. Speyr 1526.

MISSA PROPITIATORIUM pro Vivis.

§. 6.

Profiteor pariter, in Missâ offerri DEO verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium, pro vivis (a) & defunctis: (b) atq; in sanctissimo Eucharistia Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem (c) unâ cum animâ & divinitate Domini nostri IESU Christi: fieriq; conversionem totius substantia panis in corpus, & totius substantia vini in sanguinem; (d) quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub alterâ tantum specie (e) totum atq; integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi.

(a) Convenit igitur hujusmodi eligi & ordinari Sacerdotes, quibus nec liberi sint, nec nepotes, etenim fieri vix potest, ut vacans hujus quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne studium omnemque cogitationem circa divinam liturgiam & res Ecclesiasticas consumat L. omnem adhibentes 42. §. convenit. I. C. de Episcop. & Cleric.

Omnem semper adhibentes providentiam circa sanctissimas Ecclesias, per quas & nostrum Imperium sustineri, & communes res clementissimi DEI gratiâ muniri credimus, nec non & nostras
& cete.